B. N. C
FIRENZE
1008
13

Digitized by Google

1008. 13

Digitized by Google

RUZINORUM
HISTORIÆ
ELOGIASTICUS CHRONOLOGICUS
EPILOGUS.

Iuſſit **REX** *ſibi afferri HISTORIAS, & ANNALES priorum Temporum, quæ illo preſente legerentur. Heſter c 6*

Digitized by Google

Digitized by Google

RUZINORUM
HISTORIAE
ELOGIASTICUS CHRONOLOGICUS
EPILOGUS.

Illuſtriſs. & Excellentiſs. D. Domino

CAROLO
EQUITI RUZINO

D. MARCI PROCURATORI EXCELSO
REDEUNTI AB EXTRAORDINARIA
LEGATIONE BYZANTINA.

OPUSCULUM

P. HIERONYMI ANTONII PARISOTTI
Caſtrofrancienſis, Art: & S, Theolog. Doctoris,
DEFINITORIS PERPETUI Ord. Min.Conv:

DICATUM

Illuſtriſs., & Excell. D. Dominis.

IO: ANTONIO, DOMINICO, ac
JOANNI RUZINIS,
NEPOTIBUS.

Lugduni, M. DCCVII.

Digitized by Google

Digitized by Google

HISTORIAE ELOGIASTICÆ CHRONOLOGICÆ RUZINORUM EPILOGUS.

TRiumphate Adriatici Populi.
Majoris Comitia Conſilii jam plauſere
die 3. *Martii MDCCVI*,
Senatuſque Conſultus,
Iberi, *Germani*, *Pannones*, *Inſubres*,
domitique tandem indomabiles T*braces*.
Quinaria Legatio CAROLI, glorioſiſſimè
functa.
Quinquatriorum Bacchanalibus *Feſtis*,

 Fa-

Digitized by Google

ac Paſtis
illuxit fauſtiſſima dies,
Reipublicæ ſacra, Civibus grata,
Exteris ſplendida,
Ipſis nec Hoſtibus inviſa.
Feſtivo lumine inflammet Pax Alma Tædas,
Martis ablegatis facibus,
vel extinctis ſythico ſanguine.
Quinquatria Pallas armata ſic
impugnat Victos,
Triumphaleſque Victores propugnat!
Actiaca, *Ambraciotes*, *Athenienſes*,
Illyricaque nobis adoleſcunt Palmæ,
quia inſerta in bonam Olivam;
quamvis *Auſonia* undique tetris ſata
Cupreſſibus,
quaſſata uſque ad extremum Vulcania
Europa,
debacchantibus ferrei ſæculi,
tormentorum fragoribus.
Non procul Aureum Sæculum.
ARGENTEVM CAPVT *Paciferi*
ROSEIS ſtellis redimitum, micat.
Byſſina Stemmatis VITTA corruſcat.
Iridis inſtar,

Alludit Bellis Europæ, ac Venetorum Paci.

Alludit Stemmati explicato à Cpſim: Freſcot.

RV.

RVBESCENTE Atauorum CAMPO
Heroum *Sanguine* fuſo.
Præciſa radicibus Caſta ROSA,
fœcunda Propagine,
Sic *purpurata*, floridius ſemper conſurgit.
Non hæc ſpinoſo *Stipite* orta,
nec ſatellitio aculeorum famulatu regnans.
Quis indicet roſcidũ *primeuæ Propaginis Germẽ*?
Feliciſsimus *Flos* vetuſtioris cultus,
ſemper Lege Roſcia hinc inde conſitus,
Equitumque fęcundiſsimus Surculus.
Vnde ergo ROSA noſtra originariè ſata?
Chronicis quatuor Vrbes certant,
velut de Homerica Propagine.
ut ſibi vindicent RVZINORVM
excelſam claritatem *Originis*.
Regium Thuſciæ
(quorum Aborigines condito Regali Oppido
dedere Nomen æternum ATRIÆ
noſtris Maritimis Oris)
Galliæque Ciſalpinæ Lepidum:
Byzantium Orientalis Imperii Sedes:
Regioniſque *Venetorum* Vagiens *Regia*;
gloria adoleſcens Italici Regni,
nullum Fidei, Imperiique paſſura occaſum.

Plin. l.21. Teophr.l.6. c.5.7.

Ottho Roſcius Trib. Pleb. diſtinxit Ord. Equeſtr. 14 gradibus à Plebe. Cic. pro Arch. & Gell. l.13.c.11.

Stemmatis Roſa abſque ſtipite ſymbolum recondita originis.

Chron. M. S. vetuſtiſſima Venetiarum, & ex Chronicon Chronicorum M. S. ſervatum in Bibl. Coronelia

Plin. l.3.c.16. in Piſ.

S. Pietr: Dam: de S. Vital: ac Theloſ.

Theleſph: Coſent. de tribul: Mundi. Abbas Ioach.

RVZINORVM inquirendo multiplicem *Patriam*,
Lareſque Patricios, huc, illucque migrantes;
Byzantii vix dimidium itineris habes.
A QVO exierit ante, quibuſve cuniculorum rimulis,
Fons iſte RVZINORVM clariſsimi ſanguinis, latet.
Scatet antiquitatis argumentum clarius:
ultra caliginem ſæculorum illuxiſſe
opacum, remotiſsimum Chaos.

Heſiod. in Teog.

Barbaris inundantibus, ſecatis venis Procerum,
Ad *Mare Venetum* aurea hæc antefluxere
Flumina, ut exſiccatis Paludibus,
poſito fundamento perenni in medio Aquarum,
In Salo, & Solo ſemper florerent,
bis centum, & ſeptem ſupra ſeptuaginta Annis
TRIBVNITIÆ VIRGÆ;
ſupra quas, tanquam Aaron, germinaſſe
purpuratas etiam RVZINAS ROSAS
tradunt vetuſtiores Chronica.

Chron. M. S. citata ſupra

Ita arduum fuit Venetæ Majeſtati

Supra Annum 911. Duce

Co-

Coronatum elaborate *Caput*.
Verùm ad novi Diadematis radios,
areſcentibus *Tribunitiis Ferulis*,
refloruere in fulcrum, ac moderamen
Sceptri Ducalis.
Heu quantum à Veritate deflexiſſe,
vel minus dictaſſe
Scriptores ignaros *Monumentororum ætatis primævæ*, lucubrationibus compertum.
Nonnè DEMETRIVS RVZINVS,
Præclariſsimiq; Nominis glorioſa memoria,
Ipſos convincit,
tamquam *Boſphori* Phoſphorus,
jampridem *Byzantinam Aulam* illuſtrans?
Nondum facilè fuit invenire,
an fractis *Gothorum*, *Longobardorum* viribus,
quibuſve Fatis impellentibus
ab *Adria* in *Euxinum* adremigraverit.
Plurimi tunc *Dynaſtæ* receſſerant
ab Incunabulis aureæ fœlicitatis Reipublicę,
terrore *Barbarorum* excuſſo,
ut deſertas colerent denuò *Patrias Sedes*.
Interim celebres Naves ducentæ,
Syriacique Belli expeditiones.
Tunc *Incunabula*, *Chriſtique Sepulchrum*,
ornata

Duce Participatio Hiſt. Paul Mauroc. l. 8. pag. 62.
Idem l. 1. pag. 1. Trib. Poteſtas ad inſtar Romanorum difuſa.
Duravit Annis 232.
Leo Mat. Elog. 1. ac hiſt. Dunduli.
Suſcitantur Tribuni Ann. 887. Io: Palat in Faſtis Ducal

Chronica Ven. M.S. antiquiſsima ſervata in Bibl. Coroneliana.

Hiſt. Pauli Mauroc. l. 1. pag. 6.

Leo Matin: Elog. 32.

ornata *Venetorum* Trophæis;
Ion ium Mare triumphatum remugiit.
Pamphilii, *Ciliciique Freti Oræ vaſtatæ*,
rapta *Ptolemais*, direpta *Sydon*,
expugnata *Berytus*:

Ibid. Elog. 33. Anno 1117.

Iopes, *Tyrique* mæniis concuſsis
rutilavere *Cruenta Cruce*
Venetorum peregrina Vexilla;
plantatæque ROSÆ refloruere *in Hierico*
hortante *R P. Caliſto* II.
Certum eſt plus *Patriæ*, *Fideique* patraſſe,
QVI *Servatores* dedit, relinquendo Patriam,
quàm QVI *Patriæ* fundamenta jecit.
Vindicavit in Oriente
DEMETRIVS RVZINVS
Temporum, ac Mortis injurias.
Natura ſi non conceſſerat vivere diù;
vixerunt in Parente FILII; vixit *Progenitor*
in ævum,
vixeruntque Populi NEPOTVM,
reſtituendo vitam DEMETRIO,
Nomenque MAIORVM,

Chron. Ven. M. S. Leo Mat. Elog. X.

Atque Traditionem IPSORVM incorrupta.
Magis fuit Rempub: ſervare quàm facere!
Fit favente: ſervatur reluctante Fortuna.

Re-

Digitized by Google

Regnante etiam Emmanuele Imp: fœdifrago,
Vigentibus in Aula RVZINIS,
ut eloquio, manu potenti, & conſilio
Venetum Legatum fulcirent,
factum eſt ita.
Ab occaſu in *Oriente* reſurgens
Publica Res Chriſti,
Pſeudo-*Emmanuel Caſar Byzantii,*
ut cædat Grę̨ca fide uterum Matris,
Impiuſque iupiter
fulmina Belli in *Rempub:* vibret,
conſurgit.
Retorta in Sagittarium ſagitta excidio *Rhodi,*
popul tione *Scyri;*
Samos, Mitylene, & *Andros* ſolvuntur
in cinerem.
Solidata in fide *Methone*
commeatu, noſtriſque Militibus,
Oraque Peloponneſiaca;
Depopulata *Numinibus Græcia,*
Venetaque Repub. ampliſſimo *Iure*
cohęreditatis ditata ſupra *SoliumDavidicum:*
Regnum Chriſti redemptum
Sanguine *Venetorum Heroum,*
Commilitonumq; Principum,
de-

Chron. Ven. M S. & Chron icon Chronicorum M. S. Extat in Bibl. Coroneliana.

Paul. Mauroc. hiſt. l. 5. pag. 114.

D. Theod. & Donat. adsi ciuntur Numin Venetis Sabell. d. 1. l. 5. 1125. Verdiz. V. 1. l. 5. Dogl. l. 2. Tarc. 2. p. l. 12.

decore ſempiterno.
Quas ROSAS Gentilitias RVZINI
Barbarorum Cupreſsibus inſeruerint in Sion,
quę Geſta heroica patraverint
Pronepotes Demetrii,
ut *Leo Venetus*,
proſecutus *Imperatorum* conſenſu,
Aegypto dominatricem manum daret,
& *Syriis*,
arduum relatu.
Tanta vis erat viriliter faciendi.
Vix minimum Tempus vacabat fandi
Facta immortalia,
calamo ſagittæ, ſtyloque ferreo,
proprio, vel Hoſtium ſanguine deſcripta.
In hac ſæculorum clariſsimorum
cæca caligine,
Vidimus & nos *Chronicorum* lumine,
RVZINOS opibus, opere, ac ſeormone
Potentes
circa *Emmanuelis* Solium,
Tyranni *Teucrorum Auguſti*,
Sequentes poſt tot ſęcula
Atavi Demetrii Ruzini Veneti,
impreſsa *Byzantii* veſtigia.

Sabell. hiſt. Vniu. in Proemio Hiſt. Paul. Mauroc. l. 4. pag. 85. 86.

Chronica citata. Sabell. d. 1. l. 7. Tarc. 2. l. 12. Paulus Mauroc. l. 5. pag. 490. uſque 138. Imperium Emmun. capiſſe innuit circa Ann. 1120. Alij 1243. Ita Ottho friſingh. de rebus Geſtis &c. Verdizz. Vol. 1. l. 5.

In-

Infandum quanta tunc RVZINI paſsi
pro *Veneto Nomine*, *ac Numine*,
ut clauderentur *Iani Fores*,
nève manu Pelaſgica
victrices Palmæ *Regnorum*,
Syriaci, *Peloponneſiaci*, *Eubœici*,
Illyricique Imperii evellerentur.
Violatum ab Emmanuele Ius Gentium
iterum, atque iterum.
Lugenda hinc ſemper *Sebaſtiani Ciani*
Fecialis Quęſitoris Legatio
nefariis fraudibus præventa.
Facinorum Hydra,
duplicatumque proditionis machinamentũ
contra Legatos exurgit,
ut triumphalis Venetorum Martis
Tædas extinguat.
Inter fallaces inſidias *Chalcidici*;
nunquam ſatis deplorati *Certaminis*,
excæcatur *Dandulus* lamina candenti,
Secundæ *Expeditionis fatalis Orator*.
Tunc Stygio veneno polluta flumina,
Patriciorumque Heroum
Agmen ingens extinctum.
Vno tamen ſurculo avulſo

alter

Paul. Mauroc. hiſt. l. 5.

P. Pariſ. 2. Tom Archipel.

Hiſt. Simeon. p. 42. Vaticinium Græcorum ſub cæco Duce Adriæ, Græcos expoliandos Imperio tunc fuiſſe Io: Palat. in Faſt.

Alludit XIX. Familiis reducibus ut infra.

alter non defecit aureus,
tertia Legatione Byzantina decreta.
Ludit in humanis divina Potentia rebus.

Iul. Farold. hiſt. Ven. Dogl. l. 5. Leo Mat. Eleog. 38. aſſerunt ſolum poſt Seb. Cianum fuiſſe nuncupatos Zane. Nos verò invenimus, quem primò cognominatum Zane. Chron. M S. ſervat. in Bibl. Coronel.

Cupit ***Emmanuel*** repetitis dolis prodere
alterius Expeditionis ***Legatum***
Nomine ***Rupertum***,
quem primò ZANE ***Cognominatum***,
de Gente Ciana invenimus.
At RVZINORVM in Aula Orientali
potentium oculato conſilio,
fugam arripit illeſus,
impiiſsimo Tyranno deluſo;
Venetiaſque DEMETRII Poſteros
reduces ducit

Ibid. Chron. M. S. qua inter 19. Famil. numerãt reſtit. Venet: pari modo, diramat. Griman. in Oriente. Super hoc vid. Caſim. Freſc. pag. 73.

novem ſupra decem Nobilium Familiarum
ſtipante glorioſa Caterva.
Tunc in D. ***Marci Foro***
immanes eriguntur ***Columnæ***:
Arcu Triumphali ad ***Rivoaltum***
Mari imponitur Iugum:
opimioribus Spoliis onuſtum Trophæum.
Antequam ergo Manibus litaretur
Emmanuel,

Regnante Dom. Mauroc. ab Anno 1148. uſque 1156. ad Emman., Legatus Seb.

tranſmigravere ***Venetias*** cum ***Ruperto Zane***
RVZINI.

Num

Num verò *Stips Demetrii* radicitus evulſa
è *Byzantino* ſolo:
vel remanſerit *Nobilium Abnepotum* aliquod
Germen, ut de Oriente in Occidentem,
Arbor alta Ramos Heroum onuſtos
protenderet,
Aſiamque, *Europamque* ornatam ditaret;
adhuc jacet in atra Sæculorum caligine.
Stet in Faſtis Veneta Ariſtocratia,
pro conſtanti Monumento clariſsimo;
ultra deſcriptionem Binam
in Dypticis Patriciarum Gentium,
elucentem in Chronicis;
memoratam fuiſse RVZINORVM alteram,
iterato meritorum teſtimonio,
vel plurificato Abnepotum Demetrii
fauſtiſsimo adventu.
Apertis Foribus *Maioris Conſ*: RVZINIS
horrentibus perjurii Emmanuelis blãditias,
ac in ſinu *Patrum*, *Iure Poſtliminii* receptis:
haud ſibi clauſerunt Aulam *Byzantii*,
ſubſequente Imperio *Andronici*, *Iſaac*j,
Theodorique Laſcari,
ſontis, atque inſontis *Alexii*.
Non ſibi vias præcluſerunt pluribus invias
ut

Sub. Ciànus Hiſt. Pauli Maur l.5. Palat. in Faſt. ac omnes.

Ex Leon. Mat. Elog. 39. Emmanuel 1178. obierat, & Andron. regnabat.

Sed Ottho Friſing. cit. aſſerit obiiſſe 1180. Regnaſſe Ann. 37. m. 5.

Error ergo tranſcrib. Chron Ruzinos fuiſſe adſcriptos 1205 & 1229.

Sed quando Eman. regnabat, concordando ſyncroniſm. Emamn. cum Ruperto, & Ruzinis.

Caſim. Freſc. Preg. Nob. Ven. Paul. Æmil. c.6. Sabell. d.1. l.8 Villard. in Comment. Igliese. 1. p. l.1. c.33. Tarc. l.13. Torſ. l. 8. P. Mauroc. l. 8.

ut Occidens *Grecanicum Imperium*;
Commilitonibus in fruſta diſcerperetur,
annuente Innoc. III. Rom. Pontifice,
Multiplicatis Tranſmarinis Trophæis.
Tunc Sedem *Conſtantinopoli*
Baldovino Dandulus fixerat;
Dandulusque conſors præcipuus laborum,
Cæſari Collega conſtituitur,
à quo Patriarchalis Dignitas,
æmula quondam,
tunc ſubmiſſa R. Pontifici.
Hinc *Byzantii*

Paul. Mauroc. cit.

Venetorum Poteſtas quartæ partis, & dimidiæ totius Imperii Romaniæ.
Inde ab Oriente Reſpublica
PP. Conſcriptis auſpicatur
Orbis Imperium.
Vices alternando Fortuna,
nè, tranſmiſſa ad Venetos Virtus Romana
remaneret ſine exemplo,
Surrexit æmula bellatrix Græcia,
tanquam altera *Carthago*.
Multos hinc invenies Annibales,
ibique Achilles.

Imperium Orient. pro-

Non diu Veneta Victoria, fide fœminea ſtetit

Cota-

Octavo poſt quinquageſimum Anno
Palæologus Pſeudo-*Michael pugnat*
ad Abydenas Oras.
Aperit *Iani* Civibus *Fores Iani*,
evertit *Syriæ Templa*,
Paleſtinamque in Pace redemptam;
Chlamydeque Cæſarea Baldovinum ſpoliat.
Venetus Prætor Byzantii,
quamvis *Toga* exutus;
indutus viriliter *Sago*,
aſſeruit *Euboica*, *Peloponneſiacaque Regna*.
Poſtmodum Maiorum ferè maior exurgens,
MARCVS RVZINVS,
bis conſtituitur
Summus Imperator Venetarum Claſſium.
Primum facinus clade ingenti *Ligures* cędere,
Imperatorem vivum capere,
Paludamentum, *Propontidemque*
denuò Hoſtium ſanguine tingere:
Captivos *Liguſticos*, ultra LXX. Optimates,
Chalcidem;
quadringentos in *Cretam* ducere:
In *Caryſtio*, ac ad *Boſphori* fauces
hoſticas Naves confringere,
reformidante *Seſto*, attonito *Abydo*.

miſcuum amit-
tunt Latini
1258. Hiſt. Paul.
Mauroc. l. 8. non
1260 ut ſuppo-
ni Caſim. Freſc.
Preg. Nob. Ven.
Verbo Ruzini
Beneſtat Ruz:
tunc zelaſſe pro
Ven. Repub,
Antea tamen
in Albo Patric.
fuerunt reſtitu-
ti; non primò
inſtituti.
Ab initio fue-
runt Tribuni
Chron. M.S.

Sabellic.
1350 hiſt. Paul.
Mauroc. l. 11.
Leo Matin.
Elog. 35.
Faſtis Ducales
pag. 117.
hiſt. Verdizz.
V. 1. l. 2.

Maribus *Grecanicis* impoſita Lege;
obtritis Bellatorũ, ac Rebellãtium Claſſibus,
Falce Palmas meſſuit,
ROSAS Gentilitias miſcuit,
infideli cultas ferro, fideli rigatas ſanguine.
Face demum Perduelles torruit.

1356 Hiſt. Paul. Mauroc. lib. 11. Sabell.

Venetias feſtiva pervolat,
Multiplicis Victoriæ Alis,
ingentium Triumphorum verax Fama,
Gazis, Spoliis, Navibus,
Mancipiorum Populo onuſta.
Senatus Conſulto decernitur
canere perpetuum, die Victoriæ;
Facinoris egregii *Epinicium*.

Auctor 2. Tom. Archip. refert alio: tradere Feſtum celebrari die decollati S. Io: Bapt: Ita Vianol: Vol. 1. l. 2. & Verdizzoti l. 12.

Deo Exercituum appendent in Templo,
Sæcula etiam futura,
Grati Animi; Cordis Magnanimi
Solemne Trophæum.
Martialis Aſcendentis,
Virtus heroica, Sanguis, MARCIQ;
auſpicatiſſimi Numinis Nomen, & Omen,
Celebris *Rogerius*, Paterno hereditatis Iure,
MARCO tranſmiſit in Filio.
Non imbellos progenerant Aquilę Columbas.
Vt fuſca Temporum Fata ſerenet,
Iu-

Iunior MARCVS Clariſſimus,
Pupillam adamantinam figit
coram Sole Principum,
Franciſco Foſcari,
gradibus meritorum, *ad Orbis ſpectaculum*
Elato ſupra excelſum Vrbis Thronum.
Nemo ſolem pulchrius pingit,
Niſi Sol IPSE, cùm Parelia facit.
Geminatam Dux decrevit Anno ſequenti
Patriæ lætitiam,
Fovendo Patriæ, Sobolisq;
Heroum flagrantiſſimam ſpem.
Inter MARCVM RVZINVM,
ac Regnantis FILIAM,
accenduntur Pronubæ Faces,
in favillam ſoluturę
Hoſtium Reipublicæ Tædas.
Sciſcitet, Regalis apparatus munificentiam
ſummam,
Qui Venetas ignorat Hiſtorias.
Inferior primæ, nequivit
Iacobi Primogeniti Ducis,
Micare Nuptiarum pompa ſecunda.
Ita ex utroque Parente,
Fortes creantur ex Fortibus.
Sub tanto *Duce*, nil mirum,

Pro exaltatione Ducis 1423. Toto Anno, diebus Feſtis, Populus Aſtiludiis, & ſpectaculis iucundis exultat

1424.
Marcus Ruz q. Rogerius, ducit Filiam Foſcari, clariſſimi Ducis Chron. M.S.
Io: Pal: in Faſtis Ducal: refert apparatus deſponſati Iacobi.

Hiſt. Paul. Mauroc lib. 19. pag. 427. l. 20. 21. 22.

Longius, latiuſque Terra Marique
fuiſſe Armis viriliter repetitum,
ac ſola Fama Iuſtitiæ, Clementi æque
ad novas Gentes prolatum Venetum Imperiū.
Hinc *Venetus*
ad culmen tunc Pontificium evectus,
ut Concilio reconciliaretur Oecumenico,
Eccleſia Græca, Latinis.
Venetiis hinc regnans humiliter,
Proto-Patriarchalis fit Infulata Sanctitas;
Superbaque cervix Marſilii Carrarienſium,
Patavii dum Diadema quærit,
ſecuri demittitur;
infiduſque Belli Dux Carmagnola,
quum extollere Cornu Inſubricum,
proditoriè molitur,
cruento Iuſtitiæ Sacrificio, capite plectitur.
Decor almus ergo cum ſit ex honore
Genitoris ſui:
Gloria Magni Patris migravit
ad Filiorum Filios,
Magnoſque Sapientes.
Invidia, quæſo, cenſuræ
nè ſubiicias quemcumque
cenſere volentem ***Senatum Venetum***
Collectionem Regum lectiſſimam.
En:

En : ut Regiæ Maieſtati, Dacum Princeps,
decus adiungat,
Regnantem Progenitorem Maternum
RVZINORVM,
Per Oratorem flagitat,
inter Patres conſcribi.
AD IPSVM Palæologus Cæſar Orientis
Supplex intrat in Aulam;
Fridericus Occidentis Imperator,
Aragonum Regis Infanta, Reginaque Cypri,
mirantes accedunt ad Venetam Regiam,
ut ſcrutentur in Ænigmatibus Salomonem,
Sedentem in Solio.
Fatendum Virtutem iam NATIS elargitam,
atque Naſcendis,
fuiſſe Fama longè majorem.
Numerare ſtellas quis poteſt?
Inſpecta *Curiorum* Imagine,
Manliorumque una:
Natos RVZINOS comperies alteros,
non aliud à Patre.
Nullus inter IPSOS extraneus *Chiron*.
Alter domeſticus Heros, Arte Regnandi
alterum imbuit.
Omnes Soliis ſublimioribus

Reipub: capeſſendis.
nati, & nacti,
Prætores, Præfecti, Quæſtores,
Pro-Conſules, Conſuleſque,
X. Viri, III. Viri Capitales, Archontes,
Dictatores;
Archithalaſſi, Legati, Flamines.
Ad Limina Ruzinorum,
Litui Sacro-Prophani; Faſcibus Faſces:
Myſtarum Phaleræ Auguſtæ,
Pontificiæque Inſulæ.
In *Atriis*:
Equeſtres Trabeæ, Laticlavia Majora.
Martialia Summorum Imperatorum
Paludamenta.
Sabell. P. Mauroc. Nani Garz. Bereg.
Spiritu duplici *Claſſiarij*, atque *Feciales*
Omnibus, ad omnia nati.
Heroum perennis Caterua.
Præteriit Sæculum, & adhuc eminet
ab humero ſurſum, ac haud periit
æviternum DOMINICI *Nomen*.
VTINI *Pro-Conſul*
Sago, *Togaque* indutus,
alter PATRIÆ *Caſar*, *&* *Cato*,
Publicæ Libertatis Conſultor, & Tutor.
Pal-

Digitized by Google

Palladem Oleàtam, e Martis laureato Capite
Foro-Iulienſes mirati prodire.
Alma Quies, Ceres, Cornu, & Copia
gradum fixerat illuc;
quamvis *Venetis Copiis*,
non procul eſuriens, quateretur *Gradiſca*, *Leo Matin. Elog. 51.*
Prœliumque *Pedemontanum*, & *Iſtrium*.
Aureis frœnis RECTOR bellicoſæ *Brixiæ*,
excubās Aſſertor pacificæ Libertatis Italiæ,
Nativis in Antris, ſuos inflammavit *Steropes*,
ac *Brontes*.
Conflatis ſic Vulcanio Lare *Globis*,
tormentiſque ferreis,
ut de Bello *Mantuano* triumpharet *Leo*:
fulminatur Iovis Auſtriaci *Aquila*,
tota urgente *Germania* contra *Auſoniam*,
barbaris Armis.
Diſſidentibus *Barberinis*; concamerato *Caſtro* *Hiſt. Nan. P.P. pag. 569. uſque 635.*
prodeunte *Parmæ Duce*,
cum *Leone* coronato in *Caſtris*:
extra Ordinem Proviſor, in Campo Rhodigino
DOMINICVS RVZINVS egreditur. *Dominicus Ruz. Sapiens Magnus Ven. Reip., ac Conſil 1636. Hiſt. Nan. P.P. l. 10. pag. 465.*
Belli *Auſoniæ*, firmatique Imperii in *Polyneſo*,
Stat DOMINICVS, memoriæ eternæ *Terminus*.
In utroque *Conſulatu* ita ſe geſſit,

Anno 1651. *Tarviſ.* ut *SapientiamGręcorum ab Atavis traductã*
MARCO Filio , CAROLO Nepoti
D.Marci Procuratoribus ampliſſimis,
Servaret integram , legaret auctam.
Myſteria Orbi detegeret,
Qui MARCI valeret exprimere
Iuventæ ſenilem magnificentiſſimam Ideam.
Prætor, *Præfectuſque Tarviſii* ,
propè *Vrbem* deſtinatur *Regnantem*.
Vnam Stellarum dixeris ,
Quæ circa *Mundi Lumen maius* depræhenſę,
vocantur *Comites Solis*, *ac Miniſtræ*.
Hauſit lucem Solis è propinquo.
Miniſterio ſuo ſic contentus ,
penè videri voluit.
Fœlix dum ſe cum ſuo Sole confudit.
1663 *Marcus Bergomi Prætor.* Ad CÆNOMANOS iubar *Avitum*
dum ſplendidiſſima *Prætura* tranſmittit:
Pax obtenebrata cum *Allobroge*,
Venetorum deoſculando Iuſtitiam, coruſcat.
Eclipticam *Continentis* circumeundo;
Euganeæ illuxere Montium cacumina,
novo Sapientiæ antiquæ lumine
admirante docto PATAVIO.
Satellitio Veneti Iovis,
Bel-

Bellicoſæ BRIXIÆ *Magnus Præfectus temporibus difficillimis* — 1680. 1681. *Mich. Foſc. hiſt. Ven. l. 3.*
Munimenta Martis, Terræ, Marique parat,
nè *Ottbomano* ſimulante, Menſtrua *Pace*, — *In Faſtiſ. Ducal. pag. 291. hiſt. Foſc. l. 3.*
repentina Armorum irruptione,
evertat ſempiternum Fidei Propugnaculum,
Excælſæquæ Reipub: Solium.
Infracto Capite, novo genere bellandi
regnat, — 1681
XVirali, *Archontiſque* Gladio,
graſſante obſidione *Viennenſi*,
contra *Auſoniam* flante ab *Aquilone*,
omni *Scytharum* malo.
Trabea tandem Procuratorum Auguſta — 1682. 12. *Aug. Marcus Ruz. Proc. D. Marci.*
MARCVS donatur,
ut IPSI augeat ſplendorem:
indiceque interim innuit *Primogenitum*,
IO: ANTONIVM, Senatorum Ariſtidem,
BRISCIÆ ferreæ, aurea *Proavorum* geſta — 1692. *Io. Ant. Ruzin. Rector Brixiæ*
renovaturum regnando:
recurrente eodem Anno, quo lato Decreto
DVX IPSE deſignatur *Belli Peloponneſiaci* — *In Faſtis Ducal. pag. 325.*
Summus Imperator,
Fidei, Patriæque libertatis Propugnator,
atque fatalium Temporum,

 ſene-

ſenectęque, triumphans Victima.
Myſticum interſtitium
inter *Marcum*, Patrem, *ac Filium*.

Ab Anno 1680. *quo Marcus uſque* 1686 *quo Io: Ant. novem Anni intercedunt. Novem numerantur etiam Muſæ.*

Vnaquæque Muſarum impendere voluit
Annum,
ut *Prætori* excelſo, preconiis ſterneret,
ſummæ Virtutis, Brixiæ Viam.
Reſtitutus *Io: Antonius Senatui;*
Capitalium, præcipuorumque.
Magiſtratuum Curiæ,
Conſularibuſque Curis;
CAROLVS iam *Præconſultor* 1678.
Continentis Sapiens, Veneta Roſtra cõſcẽderat;
Quæſtor Aerarii, Publicam Rem,
atque ſpem *auxerat;*
PP. Conſcriptorum Animos,
Gallici Herculis aureis catenulis
obſtrinxerat.
Vrgente *Sacro Triplicis Fœderis Bello*,
Legatus CAROLVS exurgit,
Carolo Auſtriaco Hiſpaniarum Regi.

1692 *Silveſter Ruvere in Vita Ducis Valerii pag.* 135 *hiſt. Petri Iuſt. Leo Mat. in Lavario Ducũ.*

Plura inermis, quàm armatus, Bella patrare
ſibi complacuit,
ingentes habitura Triumphos.
Quiritum nè deficeret Orbi Virtus agendi,
ac

ac patiendi pro Rep.Auguſta,
(à condita Vrbe ad Venetos iam traducta)
Dominicus RVZINVS, *Grandis Pater*
Genitoris Magni CAROLI,
Paulo, Centis Galbaiæ, Quirino,
D. Marci Procuratori,
iam nuptui olim dederat
BLANCAM FILIAM,
Marci RVZINI, Excelſi Procuratoris,
Sororem, QVÆ, *in fœcundiſſima* Domo
Heroum Sexus utriuſque,
Hieronymum, Paulumque *Quirinos*
Oſtentare potuit PVERPERÆ *Regnaturæ*
Geminos Fratres Sobrinos,
QVI Virtutibus hæreditariis,
Procuratorumque Laticlavio Magno,
Maieſtate domeſtica replerent Aulam,
Thronique Auguſti *quatuor* fulcirēt angulos
Inconcuſſæ perennis Gloriæ
promiſcuo Symbolo.
Ex *utroque Parente* ſtipata Principum ſic,
Regiiſque Phaleris
Eliſabeth,
Blancha RVZINÆ, *Quirinæ*, FILIA,
Valeriorum Principum *Nurus*, & *Vxor*,
Emi-

Blanca Ruzini Quirini Mater Eliſabeth Vxoris Ducis ſolemni ritu Coronata. Faſti Ducales pag.238 Volumen Accad Recuperatorum pag.24.

Faſtis Ducalis 1693. 4. Martii P. Ruuere citatus, & Volumina duo Recuperatorum

Eminet Diademate Ducali redimita,
Paludamento, Regalibus Infulis ornata.
Summæ exultationis fuit,
Faſtis extollere Principum Mulierem Fortem
Viraginem Romano-Venetam.
Redux CAROLVS Nepos ab Hiſpania,
Venetiis Tagum miratur, aureis Congiariis
decurrere,
bicipitemque Ianum Quiritum,
Aquilamque Valeriam conſortio Dignitatis
Capite gemino, binas oſtentare Coronas,
abſque ſciſſura, atque Imperii diſpendio.

1675. In Vita citata Ducis Valerii pag. 125 134. 136. Alludit Aquila Pontif. Ducis, Regiſque Poloniæ
1696 Petr. Garzon. hiſt. Ven. pag. 700. 701. 707. l. 14 Faſt. Ducal. pag. 308.

Non diu CAROLVS ſtetit:
Legatus Orator ad Leopoldum I. Imp. Auguſt.
dextera nititur manu
Otthomanicum Solium evertere;
Paxque ſibi nè pereat, alteri Bellum parat.
Moſchorum Principem, Magnum, AQVILIS
Sociat.
E gelido Vrſa Polo ſervens properat,
ut ſęderata Regio Leoni, hoſtes conterat Fidei,
cornua Lunæ confringat.
Quàm ſpecioſa Venetorum
Ars priſca regnandi,
Cœlites habere Commilitones

De

Digitized by Google

De gremio Senatus evellitur *Aloyſius*
RVZINVS.
Sacriſque Phaleris Primicerialibus
circundatus;
Solemni ritu, ſuperno impulſu
IPSVM Templo litat
Senex Abrahaam, Moyſes *Dux excelſus*;
Intima Sanguinis Affinitate,
Magiſque Virtutum heroicarum dilectione,
Myſtæ Auguſto coniunctus.
Initium Signorum *Aloyſii* fuit,
Silveſtrum ex Duce facere Profetam.
Oſtenderat ſe; Homo Sacer
etiam procul ab *Aris*;
in *Aula* ſemper Pius.
R. Pontifex ex ſummitate QVIRINI
videns qualis futurus:
Antiſtiti Iuſtiniano
(in cuius Nomine ſolo amplum Elogium)
ſubſtituit,
Ampliſſimæ Eccleſiæ Bergomenſis
Pontificatu vacante.
ALOYSIO DVX providus
in Succeſſorem deſignat *Franciſcum*,
mox huic *Petrum*, *Barbadicos ambo*,
de

1696. *P. Ruvere in Vita Ducis Valerii pag.* 115. 123.

1697. *Citatus ibid.*

Silv: Ruver: in Vita Ducis Valerii pag: 130

Digitized by Google

de abundè noto ſemine *Aaron* progenitos.

Alludit Aquila Stemmatis Ducis.

Alites utrique *Veneti Iovis*.
Vna poſt alteram in conſpectu Solis,
facie ad faciem conſcendit.

Alludit ſymbolo ac Lemmati Numiſm: Duc. Ann 2.

NVMISMA DVCIS cuſſum ſtetit,
Pro *Franciſco* evecto ad *Veronenſē Epiſcopatū*,
Pro *Petro* ſubrogato
in Venetiarum Patriarchatum

Ibid: in Vita euſdem.

Ioanni Baduario,

Ducis Valerii Creatur Card: Badua. ac Episc. Brixiæ 1700.

ſanguine, Virtutibus, Caractere *Eminētiſſimo*,
verificatum fuit LEMMATIS *Vaticinium*,
DVCALISQVE NVMISMATIS;
Pro ALOYSIO RVZINO verò,
Paſtoralis Virtutis excelſum præconium,
EXEMPLO MONSTRANTE VIAM.
Ad nihilum *Pons* iſte novus, novuſque *Paſtor*,

P: Ruvere in Vita Ducis Valer: pag: 134: 135: 136.

niſi ut Principatum cum Sacerdotio,
Eccleſiamque Militantē cum Triumphanti,
Encyclopedia ſcientiarum,
atque Moralium Virtutum, coniungat.
Adhuc coram *Leopoldo* aſtiterat,
Senatore magno dignum nil non auſurus,
CAROLVS deſignatus ultra

1698 P: Ruvore in Vita Ducis Valer: pag: 134

perpendere *Caroloquintii* diu
Regum, Fideique Fata, atque Regnorum.
Con-

Convocato *Præpollentium Conventu*,
CAROLVS *duobus Articulis*
Fecialium obſiſtit.
Politicis machinamentis compaginanda
ſtructura,
præceps ruit, ſi deficiat in uno.
Mente excelſa, Animo forti, eloquio gravi,
graviora diſcutit
cum Mauro Cordato diſcordi.
P*ræliminaria Pacis eternæ alterata*,
ſuo Prototypo *conformat*.
Hinc Vnicuique Fœderatorum
Conditiones decretæ locupletes,
ac Reipub: Auguſta Paciferi calamo confirmat;
Gladioque innocuo fœmori accincto,
Hoſtes confregerat.
En Virtute Militari, Caduceatorumque
Propagatum *Imperium Venetum*
VLTRA DIMIDIVM.
Iam *Problemma* celebre ſolutum,
Num glorioſius aperire *Fores Iani*,
vel claudere.
Quod non ceſſerunt *Thraces* Armis victi,
conceſſerunt Togæ.
Djs Terminis fixis, *Palladium in Patriam*
exo-

Petrus Garzonus Hiſt: Veneta l.16: pag. 776 780; 789: 790: 794: 792: 801 uſque 812

Io: Palat: in Faſtis Ducal: pag: 308

exoptatum duxit,
Conſulatumque Maioris Sapientiæ pro Patria
ſuſcepit *Venetus Numa*.
1700. *hiſt. Garz. lib.* 16. Ab hoc *Ancilia* alliſa
1702. quibus Bella franguntur.
P. Silv: Ruuer. in Vita Ducis Valerii pag. 135. At *Caroli II. Auſtriaci* funus, dum funalia accenderat,
Heſperiis ortus Philippus *V.*, *Borboniorum I.*
Inſubriam luſtraverat.
Mediolani protinus *biceps Ianus*,
qui quod à tergo ſit, id quod ante videat.
Ingens hoc
Ariſtocraticæ Prudentię Simulachrum
maieſtate ſumma erexerant,
CAROLVS RVZINVS,
Ac *Fridericus Eques*,
Corneliorum Generis ſemper Auguſti;
futurus unus, alter ac&u *D Marci* Procurator.
Luminaria Magna *ambo*.
Cic. l. 2. de Nat. Deo: Non duo ſunt Præceſſor, ſucceſſorque ſolis.
Heſperus, *ac Lucifer*, *unus*; *&* *idem*
Clariſſimè apud *Cæſarem*,
Occidentaleſque Monarchas Repub: geſta;
Splendidius *Sultano Achmeto*,
Orientali Imp:

CA-

Digitized by Google

CAROLVS apparet Extraord: *Legatus*, ut magnificentia, *Orator gratulabundus*, certaret cum Maieſtate *novi Regnantis*; RUZINOSQ; Penates, Aſcendentis DEMETRII, deliquium in Oriente paſſos, ſolarentur vivido adhuc Atavorum lumine, Hoc poſt tot ſæculorum meridiem, *vix umbras inde ſpargit in Auge*. Bellum poſt *Peloponneſiacum*, iam *Almæ Pacis Iris* micaverat, ac urgente *Magno Feciali Otthomanos*, *exoptatam Pacem ſervandam perpetuò* *inter Annales ſolemniter retulerat*, *Laurentius Superantius*, *Eques excelſus*, *ac D. Marci Emeritus Procurator*; *Nunciumque* novi *Sultani Achemeti* Venetiis admirabundum traxerat in ſignum *Fœderis*, æterno Sacramento firmati, firmatumque *Veneto Nomine* quod CAROLUS *Præpollens* *Carolouuitzii* ſubſcripſerat. Nè dicas amplius: ambulatoria *Scytharum eſt* in Pace voluntas.

1705 *Veneti reciprocant Legationem Achmeii noviter aſſumpt.*

1699 *Petr. Garz. hiſt. Ven. l.* 16. *pag.* 825. 827. 1700. 7. *Mart. Laur. Super. D. M. Proc. abſens elig.*

P. Ruvere in Vita Ducis Valerii pag. 136.

Quod

Quod ſcripſit, ſcripſit.
Otthomanus CAROLO manu propria, Hiſt. Petr. Garz. l. 16.
(*iampridem* Pacis *ratificatæ*
Chirographum relaxatum,)
iterum aſſeveranti honorifico, tradit eloquio.
Nondũ CAROLVS *Aulam Orientis* liquerat,
quam SVA *Priſcorumq*; *Avorum* Maieſtate
repleverat.
Abſentem adhuc, & ultrò P.P. Conſcripti,
1706. 3. Mart. Carolus Ruz. D.M. Proc. IPSVM Procuratoriis Faſtis
maluerunt adſcriptum,
Menſe Martio, quo Vrbs Regnans condita fuit,
atque *Orbis*,
Legatuſque Archangelus,
Divinæ *Ariſtocratiæ Nuncius*,
Chlamydeque indutus humana
Princeps Pacis,
toto in lucem editus, *Terrarum Orbe*,
in Pace compoſito.
Innumeris potior PAX una Triumphis.
Nulla Metamorphoſis nobilior,
quàm ex Hoſtibus Amicos facere,
ac Laudatores.
Fallere poteſt Hoſtis dum accuſat:
nunquam fallit dum commendat.

Su-

Superata iacet Hoſtium Reipublicæ Invid ia.
Reliquum eſt Eminentiæ Virtutis,
ut veſtrum Invidiam faciatis
hęreditariis Virtutibus,
VOS *Prætextati* NEPOTES
IO: ANTONIUS, DOMINICVS,
ac IOANNES,
XVIRI CAPITALIS IO: ANTONII,
Candidati, feliciſsimi *Filii*.
Sequendo *Legationum* CAROLI,
Magni Patrui,
atque Superantii ad Britannos
Egregii Oratoris,
glorioſiſsima veſtigia;
luſtraſtis cum Sole
Orientis, Occidentiſque Regias.
Illuſtrior Virtus ſit vincere *VoſmetIpſos*.
Parcite *Polyhymniæ*,
Quæ *Lararii* RVZINORVM
abbreviata pinxit heroica Geſta;
atque *Hiſtoria*, diminutas expoſuit
Giganteas Atavorum Imagines.

Digitized by Google

Digitized by Google

MC

Digitized by Google